

Willmus permissione diuina Cãtuarieñ Archiepiscopus totiꝰ Anglie primas ⁊ apostolice sedis legatus. ⁊ Robertus permissiõe diuina Meneueñ eṗus in regno et dominijs Anglie sctissimi domini nostri Julij eiusdẽ nominis Pape secũdi ad hec cõmissarij generales tibi

auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa vt confessorem idoneũ secularem vel cuiusuis ordinis regularẽ eligere possis/qui cõfessione tua diligenter audita:ab omnibus et singulis tuis peccatis criminibus excessibus ⁊ delictis/etiam si talia forẽt propter que sedes apostolica esset quouismodo merito cõsulenda(Machinationis in personã summi põtificis occisionis Eṗorum ⁊ aliorũ prelatorũ superiorum falsificatiõis litterarũ Apostolicarum et bullarũ/delationis armorum et aliorum prohibitorum ad infideles. Sentenciarũ incursarum occasione alumini de partibus infideliũ ad fideles delatorum/quo ad illos dũtaxat qui alumina ĩfideliũ emerunt ⁊ ad regnũ Anglie aliaqꝫ Cristi fideliũ loca deuehi curauerunt casibus dumtaxat exceptis)Semel in vita ⁊ in mortis articulo/In casibꝰ vero nõ reseruatis toties quotiẽs id petieris/plenarie absoluere possit ⁊ valeat Necnõ vota quecũqꝫ (vltramarino voto ⁊ igressus religiõis/⁊ castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera cõmutare possit/dũmodo secũdũ taxã nostrã in capsa ad hoc deputata pro fabrica basilice sancti petri elemosinã imposueris /de apostolice potestatis vberiori gratia auctoritate p̄fata tenore presentiũ plenã ⁊ liberã facultatẽ damus et elargimur Dispẽsandi autem ⁊ cõponẽdi facultatẽ in omnibꝰ casibꝰ ⁊ articulis q̃ in litteris Apostolicis super indulgẽtia p̄senti cõfectis plenius continẽtur et dispensationẽ seu cõpositionẽ requirunt nobis ipsis /aut a nobis ad hoc specialiter deputatis seu subdelegatis reseruamus. In cuiꝰ rei fidẽ ⁊ testimoniũ p̄sentes litteras fieri fecimus. Datũ apud Lamehith. Anno a Natiuitate dñi Millesimo quingentesimo octauo tercio die Maij Pontificatus prefati Sanctissimi dñi nostri Pape anno quinto.

